



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlæ Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romæ, 1616

Regulæ Custodis vestium.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)



REGVLAE

C V S T O D I S

Vestium.

1  Eruare debet omnem suppel- Quæ seruabit
lectilem, siue lineam, siue
laneam, & quicquid ad in-
dumenta, & vbi opus fuerit,
etiam ad calceamenta at-
tinet; quæ diligenti cura,
vt rem pauperum Christi, custodiet.

2 Inuentarium
Inuentarium rerum, quas ipse custo- rerum.
dit, si alicuius momenti sint, in libro habeat,
& seorsum scribat, quæ de nouo fiant, addito
die, mense, & anno; vt cum à Superiore iu-
bebitur, possit sui muneris rationem red-
dere.

3 Cura vestium
Vestes ordine dispositas seruet, & no-
uas, & integras à vetustioribus seiungat, &
ne corrumpantur videat; eas etiam aptandas,
& resarciendas curet, vt decet religiosam
paupertatem: quas vero non amplius vsui
nostro-

nostrorum futuras iudicabit, eas Superiori ostendat, ut ille, quid de eis faciendum sit statuatur.

A nouitijs alata asseruentur.

In ex c. 4. §. 4. & p. 1. c. 4. §. 6.

Singulis mensibus cubicula visitet.

Dec. 75. §. 3. Cong. 7.

Ex Instr. 1. Spiritus.

Vestibus indigentes.

Can. 23. cōg. 1.

Linei panni.

Subuculæ signentur, &c.

Pannos lineos pro Refector. &c. numerato det, & recipiat

4 Quæ singuli Nouitij domum attulerunt, ea alicubi separatim asseruabit, inscripto nomine eius qui attulit; donec biennio expleto consueta vota Societatis emittant.

5 Singulis mensibus omnia Domus visitabit cubicula, ut ex Superioris arbitrio, si quid eis desit, suppleri possit; si quid etiam superfluum inuenerit, vestes duplices, Instrumenta Itineris, & similia, in vestiaria officina custodiantur.

6 Inspiciat etiam quinam vestibus indigeat, ut Superiori dicat, eiusque ordinem exequatur, eo vero inconsulto nihil cuiquam dabit. Coadiutores autem temporales sottanis dimidio palmo breuioribus, quam Sacerdotes, & pallio sottanis breuiori utantur.

7 Linei panni lotori, siue externus ille sit, siue domesticus, scripto numero dentur, & accipiantur.

8 Subuculæ singulorum, quæ staturæ induentium conuenire debent, signis particularibus internoscantur, ne permisceri contingat.

9 Pannos lineos omnes, quos utendos Refectorij Præfecto, Coquo, aliisque ministris diuidet, numerato det, & recipiat.

CVSTODIS VESTIVM. 269


10 Sabbati vespere linea munda per omnia cubicula distribuat: Dominica vero die mane ex iisdem cubiculis immunda colligat; & an omnia, quæ dederat, recipiat, animadvertat.

Quando linea distribuet & colliget.

11 Æstiuo tempore linteamina munda pro lectis decimoquinto quoque die; hyberno vero post tres hebdomadas distribuat, vbi id fieri poterit.

Linteamina munda pro lectis quando mutabit.

12 Hæc omnia custos vestium præstabit, nisi eius officium in magno aliquo Collegio, aut Domo in plures personas distribuere necesse sit.



RE.